

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Passio aq  
cum fontibus primis

Si passio redemptoris  
ad memoriam reducitur, nichil tam  
durum quod non equo animo  
toleretur.

Parua enim toleramus, si ←  
recordemur, quid biberit ad  
patibulum qui nos inuitat ad celum.

Ille enim obprobria, irrisiones,  
contumelias, alapas, sputa, flagella,  
spineam coronam, crucemque sustinuit,  
et nos miseri ad nostram confusionem  
uno sermone fatigamur, uno uerbo  
deicimur.

Ysidorus de summo bono et Augustinus  
de conflictu uiciorum et uirtutum.

Sed patientia respondet:

Si passio Redemptoris  
ad mentem reducitur, nihil tam  
durum est, quod non aequo animo  
toleretur.

*Christus enim, ut ait Petrus, passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia ejus. Ipse autem dixit: Si patremfamilias Belzebub uocauerunt, quanto magis domesticos ejus. Si me persecuti sunt, et uos consequentur. Sed quanta sunt in comparatione passionum illius quae patimur?*

Ille enim obprobria, inrisiones,  
contumelias, alapas, sputa, flagella,  
spineam coronam, crucemque sustinuit,  
et nos miseri ad nostram confusionem  
uno sermone fatigamur, uno uerbo  
deicimur.

Ambrosius Autpertus, *Libellus de conflictu uitiorum atque uirtutum*, 9  
(CCCM 27B, R. Weber ed., pp.915-16 , ll.4-13).

→

Quantumlibet nobis anxietatum paternas  
uitae praesentis propinet afflictio,  
parua toleramus, si  
recordamur, quid biberit ad  
patibulum qui inuitat ad caelum.

Sidonius Apollinaris, *Epistolae*, 9, 4, 3  
(A. Loyen ed., vol.3, p.139).